



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Ordo de celebrando concilio,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

INCIPIVNT CANONES

ID EST, REGVLAE ECCLESIASTICAE, A SANCTIS PA
tribus constitutæ, & ab Isidoro in vnius codicis corpus collectæ.

¶ Ordo de celebrando Concilio.



ORA diei prima, ante solis ortum, ejiciantur omnes ab ecclesia, **A** obseratisq; foribus cunctis: ad vnā ianuā per quā sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stabunt. Et conuenientes omnes episcopi pariter introibunt, & secundū ordinationis suæ tēpus residebunt. Post ingressum episcoporū omnīū atq; cōfessum, vocentur deinde presbyteri, quos causa probauerit introire, nullusq; se inter eos ingerat diaconorū. Post hos ingrediant diacones probabiles, quos ordo poscerit interesse. Et corona facta de sedibus ep̄orū, p̄sbyteri à tergo eoq; resideāt, q̄s tamē sessuōs fecū metropolitanus elegerit, qui vtiq; & cū eo iudicare aliqd, & diffinire possunt. Diaconi in cōspectu ep̄orū stent, deinde ingrediant laici, q̄ electione cōciliij intereste meruerūt. Ingrediant q̄q; notarii, q̄s ad recitādum vel excipiēdū ordo requirit. Obseratisq; ianuis, & sedētibus in diuturno siletio sacerdotibus, atq; cor totū habētibus ad dñm, dicturus est archidiaconus. Orate, Statimq; in terrā oēs prosternent, tā epiq; p̄sbyteri, & orātes diutius, tacite cū flētibus atq; gemitibus, vnu ex ep̄is senioribus surgēs, ofonē palā fundat ad dñm, cūctis adhuc in terra iacētibus, dicēs hanc ofonē. **Oratio.**
¶ Assumus dñe sancte sp̄s, assimus peccati quidē immanitate detēti, sed in noē tuo specialiter aggregati, veni ad nos, & esto nobiscū, dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus, & suggestor, & effector iudicioq; nostrorū, qui solus cū deo patre, & eius filio nomen possides gloriosum, non nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui summa diligis æquitatē, vt in finistrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat, sed iunge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnu, & in nullo deuiciemus à vero, qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cū moderamine pietatis iustitiae, vt & hic à te in nullo disientiat sententia nostra, & in futuro probene gestis consequamur præmia sempiterna. ¶ In qua oratione pater noster, non dicatur, nec benedictio, sed ipsa sōlūmodo oratio cōfirmetur. Finita aut oratione, & responso ab oībus, Amen. Rursus dicat archidiaconus: Erigite vos. Confestim oēs surgant & cū omni timore dei, & disciplina tā episcopi q̄ presbyteri sedeant. Sicq; omnibus in suis locis, in silentio confendentibus, diaconus alba induitus, codicem canonū in medio proferens, capitula de concilijs agendis pronuntiet, id est, de concilio Toletano tertio, era. xviiij. Item, ex concilio Toletano quarto, era. iiij. Item, ex capitulis orientaliū partiū, qua Martinus episcopus de græco in latinū vertit, era. xvij. de synodo facienda. Item, ex concilio Calcedoneſi, era. xvij. Item, ex concilio Agathensi, era. xxv. vel. xxvi. vel aliud de canonibus, quod metropolitano aptius vīsum fuerit, vt legatur. Finitisq; titulis, Metropolitanus episcopus, cōciliū alloquatur exhortatione, ita dicens: Ecce sanctissimi sacerdotes, præmissis deo precibus, fraternitatē vestrā cū pia exhortatōe cōuenio, & p̄ diuinū nomen obtestor, vt ea quæ à nobis de deo, & de sacris ordinibus, vel sanctis moribus, vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis vestrū aliter q̄ dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo contentionis, in nostrorū omniū copulatione, ea ipsa, de quibus dubitauerit, cōferenda reducat, qualiter, deo auxiliante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione cōuenio, & obsecro, vt nullus vestrū in iudicando, aut persona accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulsatus, à iusto iudicio scienter auerat, aut discedat, sed cū tota pierate, quicquid cōtui nostro se iudicandū intulerit retractate, vt nec discordans cōtentio ad subuerſione iustitiae inter nos locū inueniat, nec itē in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis, vel sollicitudo tepeſcat. ¶ Post hanc exhortationē introibunt omnes, quicunq; fuerint presbyteri, diacones, vel religiosi vniuersi, ad audiendū doctrinā. Sicq; archidiaconus lecturus est canonē Toletani conciliij vndecimi, era prima, ne tumultu conciliū agitetur. Quo canone perlecto, conciliū Ephesinū, ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter & instruētio de mysterio sanctæ trinitatis habeatur, simulq; & de officiis ordinibus, si in omniū sedibus eiusdē celebratitatis vnitatis teneatur. Pro his quoq; causis, prout spaciū diei permiserit, & epistolæ papæ Leonis ad Flauianū episcopū de erroribus Euticetis, & mysterio trinitatis, le-

A gendæ

De ordine celebrandi Concilij.

genda sunt, Canones quoq; de unitate officiorum, nec ad aliud aliquid antea transeat. q; ita omnia explicentur, ita tamen ut in totos tres dies letaniarum nihil aliud agatur nec tractetur, nisi sola collatio de mysterio sancte trinitatis, & de ordinibus vel sacris, vel officioru institutis, ita ut haec tota partiantur per totos illos tres dies, ut nihil aliud, (ficut dictu est) nisi sola quaestio de his que praedicta sunt, habeatur, ita ut lectio semper congruens ordini, & causa quae querenda est, antecedat. Post haec, in quarto die reliqua per ordinem admittenda sunt, sicq; omnes qui de religiosis in retroactis diebus pro spuiali instructione interfuerant in concilio, foris egrediantur, residentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus p bauerit honorandos. Per singulos tamen illos tres dies rogationum letaniarum, episcopi vel presbyteri cum ammonitore, primum orationibus se prosternant. Sicq; collecta a metropolitano oratione confurgant & de diuinis tantu (vt dictum est) rebus collatione habeant, in reliquis autem diebus, cunctis astantibus oratio colligenda est, & sic confidentes causas negotia, iuste & religiose colligant. Nullus tamen tumultus, aut inter confidentes, aut inter astantes habetur. Eodem tamen modo, eodemque ordine ad concilium omnes per singulos dies ingrediantur, quo superius iam presumsum est. Nam & si presbyteri reliqui aut diaconi, clerici sive laici de his qui foris steterunt, concilium pro qualibet re crediderint appellandu, ecclesiae metropolitanae, archidiacono causam suam intiment, & ille concilio denuntiet. Tunc illis & introeundi singulatim & proponeendi licetia concedatur. Nullus autem episcoporum a cetero communis secedat, anteque hora generalis secessionis adueniat. ¶ Concilium quoq; nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quocunq; deliberatione communis finiuntur episcoporum, singularum manibus subscriptantur, ita tamen, ut ante duos vel tres dies q; solvant concilium, oes constitutiones a se editas, diligenti consideratione retrahent, ne in aliquo offendissent. Itē, in die quo concilium absolendum est, canones qui in sancta synodo constituti sunt, coram ecclesia in publico relegendur. Quibus explicitis, respondeatur in choro. Amen. Deinde ad locum redeuntes, ybi in concilio resederunt, canones ipsos subscriptantur. Admonendi quoq; a metropolitano sunt de pascha venturo, quo veniat die. Admonendi etiam sunt, quo tempore superuenienti anno ad faciendum concilium veniant. Eligendi etiam sunt de episcopis, q; cum metropolitano dies festos natalis domini & sanctum pascha debeant celebrare. Post haec, dicente archidiacono: orate, omnes simul in terra pariter se prosternant, ybi diutissime orates, hanc vnu ex maioribus orationem dicat.

Oratio.

¶ Nulla est domine humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffense possit tua voluntatis iudicia expedire, & ideo quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa quæsumus, quæ perfecto æquitatis fine concludere per optamus. Te in nostris principijs occurserem poposcimus, te quoq; in hoc fine iudiciorum nostrorum excessibus adesse precamur, scilicet, ut ignorantia parcas, vt errori indulgeas, vt perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordet tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errore, aut præcepserit voluntas impulerit iustitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus, vt si quid offensionis in hac conciliij celebritate attraximus, condonare ac remissibile facere digneris, vt in eo quod soluturi sumus aggregatum concilium, a cunctis primum absoluatur nostrorum nexibus delictorum, qualiter & transgressores venia, & confitentes tibi subsequatur remuneratio sempiterna. Huic orationi, oratio, pater noster adiungatur, & cunctis adhuc iacentibus, haec benedictio explicetur. Christus dei filius qui est initium & finis, complementum vobis tribuat charitatis. Amen. Et qui vos ad expletionem huius fecit peruenire conciliij absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen. Et ab omni reatu libiores effici, absoluti etiam per donum spuia sancti, felici redditu vestrarum sedium cubilia repetatis illæsi. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cuius regnum & imperium permanet in secula seculorum. Amen. Quibus expletis, cum dictum fuerit ab archidiacono, in nomine domini nostri Iesu Christi, eamus cum pace, omnes illic pariter exgentes, residete metropolitano ab ipso primum incipiente, osculum sibi inuicem omnes pariter dabunt. Sicq; data sibi inuicem pace, couentus conciliij absolutu.

¶ Oratio diei secundæ.

¶ Nostroq; tibi die curuantes genua cordium quesumus, ut bonū quod nobis a te requiritur exequamur, vt prompta, & sollicitudine gradientes, discretionis arduae, subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes, claramus studijs tibi placitæ actionis.

¶ Oratio diei tertiae.

¶ Ad te domine interni clamoris vocibus proclamantes, vnanimiter postulamus, vt respectu gratiæ tuae solidati, præcones virtutis tuae efficiamur intrepidi, tuumq; valeamus verbū cum omnifiducia loqui.

Incipit